



Phoebus et Daphnē

Dr. Stark


Latin via Ovid



Daphnē erat prīmus amor Phoebī. Īra Cupidinis Phoebō
amōrem dedit.



Phoebus superbus viderat Cupīdinem cum sagittīs et
dixerat: "Quid est tibi, puer, cum armīs et sagittīs? Sagittae
sunt meae. Ego possum dare vulnera hostibus. Tū debēs
contentus esse cum amōribus."



Fīlius Veneris respondit: "Tuus arcus omnia*, Phoebe, fīgit,
sed meus arcus tē fīgit." Et in arcū** Cupīdō duo tēla
tenuit: alterum tēlum amōrem fugat; alterum amōrem
facit. Hoc est acūtum, illud est obtūsum.

**all things*

***in his bow*



Deus Cupīdō obtūsum tēlum in virginem fīgit, acūtum in
Phoebum. Phoebus amat; Daphne nōmen amōris fugitat.





Per silvās cum Dīānā et cēterīs nymphīs errāre solum amat.

Saepe pater nymphae, deus flūminis, dīxit: "Dēbēs
coniugem habēre." Saepe dīxit, "Dēbēs filiōs habēre."





Sed Daphnē pulchra patrem ōrat ita: "Cārissime pater, dā
mihi hoc dōnum—mē esse virginem perpetuam."* Pater
fīliae hoc dōnum dedit.

**That I be a maiden forever.*



Phoebus autem virginem amat et flammae amoris in deo
crescunt. Deus virginem videt et laudat caput, capillōs,
oculōs; laudat digitōs et manūs et bracchia. Daphnē autem
nōn manet. Fugitat in silvās.



"Manē, nympha! Nōn sum hostis. Nympha, manē! Amor est mihi causa dolōris. Nescīs mē esse Phoebum.* Iūppiter est mihi pater. Sum deus sōlis, mūsicae, medicīnae, artium."

**That I am Phoebus*



Daphnē iterum fugitāverat. Phoebus virginem iterum petīvit. Eam superāre temptāvit. Daphnē aquās fluminis patris vīdit et dīxit: "Dā mihi auxilium, pater, sī potentiam habēs, mūtā fōrmam meam."



Statim pater bracchia pulchra in ramōs mūtāt. Daphnē
virgō fōrmōsa nunc est laurus, arbor pulchra.



Phoebus oscula arborī dat et dīcit: "Si coniūnx mea esse
nōn potes, arbor eris certē mea; stābis prīma in capitibus
rēgum ducumque Rōmae."

Third Conjugation

dīcō, dīcere, dīxī, dictum, *to say, speak*

1st conjugation

-āre

portāre

vocāre

2nd conjugation

-ēre

habēre

docēre

3rd conjugation

-ere

dīcere

petere

Present Tense

dīcō, dīcere, dīxī, dictum, *to say, speak*

dīcō

I speak

dīcis

you speak

dīcit

he/she/it speaks

dīcimus

we speak

dīcitis

you (pl.) speak

dīcunt

they speak

Imperfect Tense

dīcō, dīcere, dīxī, dictum, *to say, speak*

dīcēbam

I was speaking

dīcēbās

you were speaking

dīcēbat

he/she/it was speaking

dīcēbāmus

we were speaking

dīcēbātis

you (pl.) were speaking

dīcēbant

they were speaking

Future Tense

to be learned next chapter

Perfect Tense

dīcō, dīcere, dīxī, dictum, *to say, speak*

dīxī

I have said, did say

dīxistī

you have said, did say

dīxit

he/she/it has said, did say

dīximus

we have said, did say

dīxistis

you (pl.) have said, did say

dīxērunt

they have said, did say

Pluperfect Tense

dīcō, dīcere, dīxī, dictum, *to say, speak*

dīxeram

I had said

dīxerās

you had said

dīxerat

he/she/it had said

dīxerāmus

we had said

dīxerātis

you (pl.) had said

dīxerant

they had said

Future Perfect Tense

dīcō, dīcere, dīxī, dictum, *to say, speak*

dīxerō

I will have said

dīxeris

you will have said

dīxerit

he/she/it will have said

dīxerimus

we will have said

dīxeritis

you (pl.) will have said

dīxerint

they will have said

Third -iō Conjugation

faciō, facere, fēcī, factum, *to do, make*

determined by -iō in the 1st principal part

Regular as 3rd conjugation except:

- have -iunt in the 3rd sing. present active indicative
- -iē- before the imperfect tense sign -ba-

Present Tense

faciō, facere, fēcī, factum, *to do, make*

faciō

I do, make

facis

you do, make

facit

he/she/it does, makes

facimus

we do, make

facitis

you (pl.) do, make

faciunt

they do, make

Imperfect Tense

faciō, facere, fēcī, factum, *to do, make*

faciēbam

I was doing, making

faciēbās

you were doing, making

faciēbat

he/she/it was doing, making

faciēbāmus

we were doing, making

faciēbātis

you (pl.) were doing, making

faciēbant

they were doing, making

Personal Pronouns

First Person

Singular

Plural

Nom.

ego

nōs

Gen.

meī

nostrum/nostrī

Dat.

mihi

nōbīs

Acc.

mē

nōs

Abl.

mē

nōbīs

Personal Pronouns

Second Person

Singular

Plural

Nom.

tū

vōs

Gen.

tuī

vestrum/vestrī

Dat.

tibi

vōbīs

Acc.

tē

vōs

Abl.

tē

vōbīs

Personal Pronouns

Third Person

Singular

Plural

	M.	F.	N.		M.	F.	N.
Nom.	is	ea	id		eī	eae	ea
Gen.	eius	eius	eius		eōrum	eārum	eōrum
Dat.	eī	eī	eī		eīs	eīs	eīs
Acc.	eum	eam	id		eōs	eās	ea
Abl.	eō	eā	eō		eīs	eīs	eīs

Personal Pronouns

TIPS:

- Notice how 1st and 2nd personal pronouns are like the reflexive pronoun: **suī, sibi, sē, sē**
- Notice that the 3rd person personal pronoun is **e + 1st and 2nd declension endings** except for nom, gen., dat. sing.

